



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 48. Cum Athanasio Constantinopolitano Episcopi redeunt in gratiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV.
A.C. 1305.
Hait. hist.
c. 33.

Sanut. p. 233

Vading. an.
1294. n. 10.

Pachym.
l. 9. c. 6.

Armenia jam duos Reges Haito-
nes habuerat. Prior, cum regnasset
annos quadraginta quinque, suo filio Ti-
voni, seu Livoni relicto regno factus mo-
nachus, non additur cujus Ordinis, Ma-
carius nuncupari voluit de more Ar-
menorum, dum sacram augment familiam,
nomen mutantium; & paulo post dece-
sit nempe anno 1270. Rex Haito se-
cundus noluit coronari, & assumpto Mi-
norum Fratrum vestitu se Joannem dixit:
sed erat tantum tertii Ordinis, quia re-
gnum non abdicabat. Cum ob nuptias
sororis suæ Mariæ cum Michaelē Impē-
ratoris Andronici filio natu majore Con-
stantinopolim adisset, absentis frater Se-
batus solum conscendit an. 1294: re-
versumque Haitonem Armeni recula-
runt agnosere Regem amplius. Hac
exponere opus fuit, quia multi Authores
hodierni duos ex istis Haitonibus, aliqui
cunctos tres confuderunt.

§ XLVIII.

*Cum Athanasio Constantinopolitano
Episcopi redeunt in gratiam.*

Episcopi Græciæ ab Athanasio Patriar-
cha sejuncti urgente sæpius Impera-
tore Andronico tandem illum agnovere
domi

dominica Palmarum 11 Aprilis 1305. Sed nullis ejusdem efflagitationibus flecti poterat Patriarcha Alexandrinus, pariter Athanasius nomine; qui nec hunc, nec illum nominabat in sacris. Quocirca Episcopi eum ipsum eximere de diptychis volebant; non tamen properabant, sperantes mutaturum sententiam, ac ne magis exasperaretur veriti; præterquam quod hæc causa non videretur sufficere ad delendum ejus nomen. Censebant melius fore, si rem differrent, tanquam facturi, ni cessaret oblitescere: & interea temperamentum istud excogitarunt, Patriarchæ Constantinopolitano non esse peragendam rem divinam, ne assistentes ei Diaconi de diptychis legere Alexandrini nomen cogerentur; ac Presbyteris sacrificandum esse solis seu sine ullo Diacono. Sic actum in palatio, immo etiam in templo principe, non modo diebus operariis, sed etiam feriis solennissimis. Prima jejunii verni dominica, qua Græci orthodoxiam solenniter celebrant, tamen Imperator & maxima populi multitudo aderat, Patriarcha non comparuit. Sacerdos fuit, qui sacris operabatur solus & tam submissa voce, ut ob strepitum non audiretur. Idem factum feriis Paschatis ac festo S. Georgii die.

VIX 1305.
 Sæcul. XIV.
 A. C. 1305.
 Pachym. l. 9
 c. 20.